

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

493

MVSA VOTIVA
QVA
VIRVM
*NOBILISSIMVM, AMPLISSIMVM, NEC NON
DOCTISSIMVM*

**IOANNEM HENRICVM
STVSS**

LYCEI INCIVTI QVOD ILFELDAE FLORET BENE
MERITISSIMVM PRORECTORVM CVM ID. OCTOBR.
CIO DCCXXVIII ILFELDAE VALE DICERET, ET AD GY-
MNASI GOTHANI FASCES SOLEMNITER CAPESEN-
DOS ABIRET,

GRATVLABUNDI, REVERENTIAE ET GRATI ANIMI ERGO,
FAVSTIS PROSEQVUNTUR OMNIBVS
OMNES,

QUI IN COLLEGIO ET CONVICTV ILFELDENSI
LARGISSIMIS CORPORIS
ET
INGENII DAPIBV FRVNTVR

NORTHVSAE, LITTERIS COELERIANIS



VVIT HONESTA SEQVI, cacoque fauente iuuabit! *

Sic volitans, o dulce Decus, *Dodifflime Stussi,*

Pieridum, doctum decantat fama per orbem.

Illius voci, virtus generosa, disertae

Tam bene respondet; nostras ut mittat ad aures,

Ipsa resultantem sonitum resonabilis Echo.

IVLIA Te quondam manibus complexa decorum

Ambabus Ciuem. Tibi commendauit amoena,

Symbola, sincerae, doctae, pietatis, et artis,

Cum magna quarum vestigia laude secutus

Semper eras. Celebratum instinc Te Ilfelda vocauit,

Teque sequi voluit doctorem nostra caterua,

Et Tecum celsum gauisa est scandere Pimplam.

Hic laetante, Tuac pietati, pectore, coetus


Aonidum, STVSSI *praecclare*, litauit honores.

* Utitur in primis eruditus doctus I. H. STVSS symbolo: *Inuit Ho-*
nella Segni,

Semper honestatis, chorushic, memorabile nomen
Extulit, incoctum generoso pectus honesto?
Atque tuas laudes etiam nunc buccinat alta
Voce; quod haud extra doctos quis saltat, acuta
Arte, choros audit, nam nuntiat ore latinus
Illas Mercurius cunctis, Tibi dulcis amicus.

Audiuerre diu, STVSSI, praeconia Musae,
Sedibus optatis qui gaudent inter amoena
Tempea, vbi viridans leni sonat agmine Leina.
Eheu! sic ipsum tota Te mente flagrabant
Cernere. Plaudentes tandem adspexere vocatum.
Laudibus intonuit regalis Principis aula.
Audiuit SAPIENS, PIVS et MAGNVS FRIDERICVS
Augusto similis doctis qui arridet amore
Virgiliis, celebres laudatque benigniter artes,
Ille canorarum Musarum doctus Apollo
Te vocat, vt Musas Gothae moderere celebres.
Nunc et honesta sequi iuuat, o dulcissime STVSSI.
I quo Te laetis manibus iam dicit honesta
Ars. En! Te sequitur, quam Tu complexus, honestas.
Docta Tibi Gothae Respublica tradere fasces
Gaudet; et illa suas Tibi vult committere laudes,

Quae sub praesidii FRIDERICI tegmine crescunt.
Macte noua virtute Tua! perfungere docti
Digne Vokerodi successor munere faust,
Tunc Tua laus ingens capiet magis incrementum.
Viue, Vale, seroset cresce, vigesce per annos:
Sic Tibi gratatur studiosa propago NEANDRI,
Et Tibi pro meritis grates ex pectore dicit.
Vtere fortuna, Tibi nam Deus otia fecit,
Ut magis accrescat Gothano gloria ludo.
Sic quoque cantabit praeconia fama per orbem,
Ac laudes recinet nostri alti montis imago,
Sunt quae nostra Tibi pia Musa precatur, Olympi
Det Deus astripotens his nostris pondera votis.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



MVSA VOTIVA

QVA
VIRVM

, AMPLISSIMVM, NEC NON
OCTISSIMVM

M HENRICVM STVSS

VOD ILFELDAE FLORET BENE
RORECTOREM CVM ID. OCTOER.
DAE VALE DICERET, ET AD GY-
FASCES SOLEMNITER CAPESEN-
DOS ABIRET,

VERENTIAE ET GRATI ANMI ERGO,
OSEQVVNTVR OMNIBVS
OMNES,

O ET CONVICTV ILFELDENSI
AGGISMIS CORPORIS

ET

DAPIBVS FRVVNTVR

AE, LITTERIS COELERIANIS

